

BULLA ADRIANI

Qua confirmat partitionem Argentinensis diocesis in septem archidiaconatus, divisionem redditum episcopi a redditibus capituli, et alia jura canonicorum ejusdem ecclesie, data die 4 Aprilis 784.

(Ex Graudidier, *Hist. de l'Eglise de Strasbourg.*)

Adrianus episcopus a servis servorum Dei. Convenit apostolico moderamini, pia religione pollutibus benivola compassione succurrere, ac poscentium juri alacri devotione impertiri assensum. Igitur omnia bus sancte Dei Ecclesie fidibus, presentibus scilicet ac futuris, notum esse volumus, quia venerabilis frater ac coepiscopus noster Argentoratensis Etho nomine, coram dilectissimo filio nostro, Carolo rege Francorum, nostro suggessit apostolatui, qualiter ipse pro allevando sui regiminis opere, consilio ac consensu sapientiorum locius sue dioceos, episcopatum Argentoratensem in septem archidiaconatus constituerit, atque hiis singulis singulos archidiacones bone vite ac bone conversacionis in vice sua preposuerit, ut singuli cum suis archipresbiteris verbo ac exemplo precedendo, subditos in lege Dei utiliter instruerent, ac episcopalem curam, preter penitentium reconciliationem, omnimodis gererent, altaria concedendo, ecclesias judiciali ordine cum sigillo episcopi claudendo, clericos ab officio divino suspendendo, ac quecunque ipsi corrigere per se non valerent, ad presentiam nominati Ethonis vel suorum successorum emenanda deferre deberent; nec in alicujus episcopi foret potestate aliquem de predictis fratribus de tali removere dignitate, nisi forte, quod absit, talibus facinoribus innodarentur, quod jure canonico ab omni episcopali vicaria merito deponerentur. Preterea idem antistes nobis innotuit, qualiter omnes res episcopales a canonicorum prebenda sequestratas haberet, in quibus nulli episcorum quicquam liceret facere, nisi cum voluntate

A ac electione fratrum, Deo ibi famulantibus; eis aliquem ex suis concanonicis preponere, qui die nocturne sollicitus res eorum sciret utiliter administrare, ac qui nullum fratrem sine justa causa vellet disturbare, ac tali cum debita obedientia maximus honor ac reverentia post episcopum ab omnibus exhiberetur, ac cuncta beneficia claustris, preter preposituras, sua dispensatione fratribus, prout quisque opus haberet, distribuerentur. Nullum tamen episcopo quasi ex debito de hac fratrum prepositura facere deberet servicium, nisi quod sibi esset voluntarium, preter sententias canonicas, quas in sinodo ad causas dare singulas. Pro supra dicti quoque Ethonis rogatu et dilectione dilectissimus filius noster Carolus de rebus episcopalibus, scilicet de moneta, theloneo, ac aliis officiis ad se pertinentibus hoc constituit, ut quotienscumque hec ministeria mutarentur, pro salutis sue augmento septem libre, tres preposito, quatuor canonicis, in commune traderentur. Hanc ergo tam regis, quam fratris ac coepiscopi nostri dispensatoriam constitutionem propter humilem eorum petitionem, ratam esse confirmamus; ac ne preseas episcopus, vel aliquis successorum suorum, nec aliqua persona potens vel impotens, manum deinceps audeat admittere, ac quicquam de supradictis infringere, vel fratibus subtrahere, auctoritate Dei ac beatorum apostolorum Petri et Pauli, ac nostri sub anathemate inhibemus. Scriptum per manum Zacharie sancte Romane sedis bibliothecarii. Actum Rome, in feria secunda Pasche, anno incarnationis Domini b 773, coram multis principibus, feliciter.

que 787 cum inde Capuam quoque ac Beneventum adversus Grimoaldum ducem profectus est, nos, tametsi res incerta est, codicem Adriani ad postremam potius protectionem referendum duximus, quam (quod aliis placuit) ad primam, cui multa, quæ in ejus epistola leguntur, convenire vix possint. SIRM.

a Papæ octavo seculo nullo alio titulo usi sunt, quam servi servorum Dei, illum a sancto Gregorio usurantes: « Primus omnium Gregorius, inquit Joannes Diaconus, se in principio epistolarum suorum servum servorum Dei scribi satis humiliiter definivit. »

b Adrianus papa a die 9 Februarii 772 ad 25 Decembris 795, qua obiit, sedem pontificalem obtinuit.

Papebrockius, in suo Propylæo ad Acta Sanctorum Maii, pag. 298, asserit se nullam legisse sinceram bullam quæ haberet annos incarnationis ante Leonem nonum; cui consentit Mabillon., de Re diplomatica, pag. 183. Revera æra Dionysiana in pontificis rescriptis nounisi initio saeculi undecimi constanter invavit. Sed non inde falsa dici possunt bulle anteriores, in quibus inseritur illa epocha, quæ octavo seculo Romæ jam fuit celebris et cognita. Huic sententiæ favent auctores Gallici Novæ Diplomaticæ, tom. V, pag. 224. Praeterea annum incarnationis, quem hic habet Adrianus bulla, adjicere potuit Heinrichus episcopus Argentinensis, qui illam in sua charta anni 1205 descriptis.